



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita B. Francisci Xaverii

Torsellini, Orazio

Coloniae Agrippinae, 1610

IX. Bungi Regem ipsius inuitatu adiens, insigni honore excipitur à
Lusitanis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42323

rum, institutum vitæ Christianæ cursum
tenuerint, ipsi sibi rectores magistriq.

CAPUT IX.

*Bungi Regem ipsius inuitatu adiens,
in signi honore excipitur à Lusitanis.*

MAGNUM iam erat Xauerij nomen
in Iaponia, magna sanctitatis opini-
o, vt iam humanum fastigium pro-
modum excederet. Quocirca illum Ia-
pones tanquam diuinum quendam ho-
minem venerabantur. Hæc sanctitatis
fama longinquas etiam regiones perua-
gata, Iaponiam propè vniuersam eins
 nomine egregiisque factis impleuerat.
 Itaque dum ea quæ exposuimus, maxi-
mè gereret Amangucij, ab Rege Bungi
 literas accipit plenas officij humanita-
 tisque; Lusitanorum naui ad suæ ditio-
 nis portum appulsa, ex eis se de ipsius ex-
 mia virtute multa comperisse; illorum
 sermonibus incensum, cupere coram cer-
 tas cum eo res communicare. Proinde ad
 se Bungum primo quoque tempore
 proficiisci ne grauaretur. Et per idem
 tempus Odoardus Gama, Nauarchus Lu-
 stanæ nauis, ad Bungi portum CLXXX.

millia

*Fräciscus
à rege Bun-
gi accersi-
tur.*

millia passuum ab Amangucio Franciscum per literas inuitauerat. Ergo Xauerius cum noua vtrobiq; spes rei bene gerendæ affulsiſſet, Coſmo Turriano & Ioanne Fernando in neophytorum tuteſla relictis, impigre ſe ad nouum iter accingit. Mox Duobus tribusne neophytis comitibus dat ſe in viam. Iam CLXXV. ferè millia passuum confecerat pedibus cum Gama illum iam de via fessum aduentare cognouit. Igitur Lufitanos aliquot cum equis properè ei obuiam mittit. Hi mille circiter passus progressi, Franciscum vnà cum neophytis Aman-gucianis offendunt. Eranthi domi ſuæ nobiles & copiosi, ſed ob Christi religio-nem ab Rege Amangucij bonis exuti; Xauerium ſequabantur Goæ. Cæterū eos ſplendido vefitu inſignes egregij ve-hebant equi, ita ſcilicet Xauerio iubenti. adipſe pedibus equitantes ſubſequeba-tur, ſarcina quidem ſacræ ſuppellectilis onuſtus. tant⁹ erat amor humilitatis cru-cisque. Ea species Lufitanis non mi-
 ſerationem magis, quam admirationem ſtudium
 mouit talis tantiq; viri, tantopere fe-humilita-
 met abijcentis & fatigantis. Confe-tis & crue-
 ſim igitur ab eis equus illi admoueri, cis.
 ſarcinaque eripi: contrà ille nullis pre-
 gibus flecti, vt equum ascenderet. Quo-

Bungus
urbs Re-
gia.
Rex Bun-
gensis.

Xauerius
omni ho-
nore à Lu-
sitanis ex-
cipitur.

circa Lusitani, quamuis ipso inuito & re-
clamante, pedibus eum comitantur. Præ-
buit ea res gratum ac salubre spectacu-
lum neophytis, Christianorum modestiā
comitatēque mirantibus. Ita ad Bungi
portum ventum est: Fingensem, amnis
nomine, incolæ appellant.. Bungus vrbis
Regia est in altera Iaponiæ parte insula-
que, quam Ximum appellari suprà do-
cuimus. Rex Burgensis adolescens consi-
lio doctrinaque præbat xtatem. Perid
tempus Bungi tantum imperitabat, Rex
apud Iapones prudentia, quām opibus
clarior. Nomihi Lusitano non alios ma-
gis fauebat: quippe Lusitanorum amici-
tiæ cupidine accusus, ad Lusitaniæ Re-
gem, Prætoremque Indiæ, iamdudum li-
teras cum munieribus destinarat. Ut per-
latum est ad Lusitanā nauim adesse Xa-
uerium; extemplo Lusitani cum ingenti
gaudio & gratulatione obuiam effuli, pro-
se quisque sancti viri aduentum celebra-
re cœperunt. Eoque progressa res est, ut
festa bombardarum omnium (duoden-
ginti erant) displosione quater eum sub-
inde salutarent. Docuit inde euentus, id
non tam effuso hominum fauore, quām
diuino consilio, factum. Ingens creber-
et bombardarum auditus fragor naualis
prælij speciem Iaponibus præbuit. Itaque
Regem,

Regem, qui in vrbe haud procul portu erat, grauis cura incessit, ratum Lusitanos depugnare cum piratis. Ergo propter vnum e cohorte Regia ad Nauarchum destinat, sciscitatum quid tandem rei esset, ut pro re ac tempore Lusitanis offerret auxilium. Huic Gama, post grates Regi actas, id quod erat, respondet. Apud Lusitanos pacata omnia lætaque esse: Franciscum Xauerium, virum sanctum, & ipsi Lusitano Regi venerabilem, aduenisse: eum ab Lusitanis, ut par erat, ingenti favore, & qui buscunque rebus effusa laetitia significatur, exceptum. Ad hæc stupefie Bungensis, & vix credere homini mendico, & ab egestate summa squalore que vestis infamia, tam inusitatum ab Lusitanis honorem habitum. Bonzij quippe *Bonzij Xa* veritatem Franciscus, sanctimoniam famam uerij no- ingens, si Bungum venisset, similiter ut *men infa-* Amangucij Bonzio nomini officeret, ex mant. ius nomen apud Regem populumq; in- dignis infamauerant modis. Ergo Regius ille familiaris, attonito similis, aliquan- diu hæsit admiratione defixus. Conspe- do deinde Xauerio, cuius ex ore, quam- vis exoleta in veste, dignitas ac sanctitas eminebant, fraudem illico sensit Bonzio- rum. Quocirca strenue in vrbe regressus, ab Lusitanis responsa, ab se visa, nunciat

P 7 Regi:

350 FRANCISCI XAVERII

Regi: additque eos perinde gaudio exultare ob aduentum Xauerij, ac si nauis eorum argento onusta ad portum appulisset. Proinde dubitari non posse, quin ex vano hausta forent, quaecunque de Francisco Xauerio prædicarent Bonzij, utique eximiæ eius gloria inuidentes. Enimvero Francisci os plenum esse dignitatis, adeò ut facile amorem ac reuerentiam conciliet intuentium. Tum Rex admirans, Merito igitur illum, inquit, & Lusitani tantopere venerantur.

CAPUT X.

Insigni pompa à Lusitanis in Regiam deducitur.

PROTINVS Rex adolescentulum propinquum suum, cum literis amicissime reuerentissimeque scriptis, ad Xauerium mittit, enixè rogans, ut postero die ad se venire ne grauetur: & simul magnum Christianæ religionis cognoscendæ studium præferens. Vexit ergo Regius iuuenis ad Lusitanos, triginta nobilibus viris & morum Magistro comitatus. Qui vt Franciscum confexit, quamuis paucossum, tamen vultu & corporis specie venerabilem, summoque a

Lusitani